



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

46. Natalis verus Sinensis missionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

45.  
Tentata hu-  
manitatis fa-  
cultas Sinis  
prædicandi,  
in contrariū  
evanescit.

46.  
Natalis ve-  
rus Sinensis  
missionis.

46.  
Domum  
aperit Ric-  
cius, cum in-  
credib. gra-  
tular & con-  
cursu dd.

quas nisi per aulam nullus erat sat liber, & constans accessus. Ego, scri-  
bit ad quendam in hoc regno vnum id ago, præterea nihil, vt dumeris  
aditus liberem, & quod passum proferre externi non poterant, post me  
campos ad culturam inueniant dociles, alicubi etiam subactos, & Se-  
menti paratos. Cuius sui voti propiorem hoc anno concepit fiduciam quo  
Iaponiæ Rex Taicosama victricibus copiis populabatur Coraium Sinis  
vectigale, ducebat copias Tzunocamidonus Augustinus, ille religioni sa-  
cro sanctæ & Societati addictissimus; ad hunc Sinarum Rex intercessio-  
res de pace legatos miserat, auctor eidem fuerat P. Organtinus, vt pa-  
cis conditionibus illam insereret, qua facultas daretur veri Dei legem  
toto Sinarum imperio prædicandi. Ad conditiones cæteras parum  
æquas, metu Taicosamæ imminentis victoris, & armati adigebatur Si-  
nensis, natura vsûque imbellis; hanc de Christi lege Sinis inferenda tam  
certo putabat expressurum ab eo Augustinus, vt de hac tanquam confe-  
cta re, darentur hilares ad Riccium literæ: At belli vitæ, pacis hone-  
sto anteponebat Taicosama, retruditur primum ad confinia Iaponum lit-  
tora; sed illic ad nouam expeditionem instaurans exercitum, tanto Si-  
nas horrore externorum metuque siderauit, vt profectioe Pechinensium  
omissa Riccius in lucro posuerit tacere, & figere Nanciani pedem. Parta  
dudum Primorum beneuolentia, breui obtinuit vt discipuli nomine ac-  
cerferet socium P. Ioannem Soerium, duobus cum fratribus natione  
Sinis. Aliquanto post ibidem magna vrbs & Prouinciæ Præsidium vo-  
luntate, Cifui & Tutani, domicilium emit in media vrbs frequentia,  
Gubernatoris palatio proximum; die Petro, & Paulo Apostolis sacro:  
adire volentibus illud aperuit anno 1596. inscripto fronti pro-  
grammate *Domus vbi habentur conciones*, Nec ferebant illa initia tem-  
pli aut nomen, aut fabricam, ne Osciæ & Bonziji haberemur, ho-  
mines sceleratissimi, & detestata inter Sinas famæ, quæ præiudicata  
de nobis opinio, magnam partem laborum, & annorum, inanem ha-  
ctenus & cassam, Riccio teste nobis effecerat; qui & natales Sinensis  
Missionis censendos hinc statuit, & Cathecismi sui exemplaribus, &  
typis igni traditis, noua editione in lucem eum dedit in qua nihil esset  
quod Bonzium oleret, vel à Literati professione dissentiret. Et his ve-  
lim tardari præcipitata de longinquis, & immeditatis iudicia, proiecte  
damnantium quæ finis, agendorum amissis, & longa sumptuosaque  
experientia, non modo permiserit, verum etiam imperarit. Ne porro  
hæc domus apertio interpellaretur à vicinis externorum viciniam exor-  
sis, perfectam prius conspici exhibuit Riccius quàm cceptam, sed eam  
Literati & Mandarinum, communi gratulatione, lætitiis intimis & salu-  
tationum solemniū vrbaniatibus omnibus celebrarunt, plurimum  
gausi se tanti hospitis possessionem nactus non dubiam; cui se quo-  
que nonnulli cum discipulos darent, prolixè illis docendi officium de-  
tulit, sed modestè reiecto munerum, & adorationis stipendio; quæ  
abstinentia & moderatio illic singularis, quam vitabat reuerentiam  
eius